



**Praxis Iurispatronatvs Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano

Romae, 1620

Cap. 3. Mulier non potest præsentari, & an laicus, vel filius famil.
præsentari possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](#)

C A P V T T E R T I V M.

Mulier non potest præsentari, & an laicus, vel filiusfamilias præsentari possint.

S U M M A R I V M.

- 1 *Mulier non potest ad beneficia præsentare.*
- 2 *Ratio, quia non potest ordinari.*
- 3 *Mulier fit Abbatissa.*
- 4 *Mulier potest esse Canonica.*
- 5 *Pis is adest societas Canonarum.*
- 6 *Laicus non potest præsentari ad beneficia.*
- 7 *Laicus potest habere præbendam separatam à Canonia.*
- 8 *Filiusfamiliae potest ad beneficium præsentari.*

Mulier autem † non potest præsentari, quia non potest ordinari sexu impediente. gloss. & ibi text. in cap. Diaconissam. 27. quæst.
1. Doct. in cap. noua. de pœnit. & remiss. ratio † est, quia

cum clericus ordinatur, tacitè coniugatur ecclesiæ tanquam sponsus sponsæ, hoc mistrium non potest cadere in femina, quæ ipsa est sponsa;
3 potest tamen † mulier eligi in Abbatissam, & præsentari, vt sit Monialis, vt dictum est supra in lib. 5. cap. 5. Possunt 4 etiam † mulieres esse Canonicae regulares. cap. dilecta. ibi Canonicas suas. de maiorit. & obed. & Clemen. attentes. §. illas quoque mulieres. de stat. Monac. quæ tamen viuunt secundum vitam, & ordinem Canonicorum secularium. dicto §. illas quoque.
5 Pis is † etiam in insigni Prioriali ecclesia adest societas quædam nuncupata Canonarum Altaris Beatissimæ Mariæ semper Virginis, quæ Canonicae, sunt mulieres ætate graues, & honestæ, & quolibet sabato congregan-

110 Pars II.Lib.VI.Cap.III.

gantur apud dictum Altare,
vbi cantatur missa, & postea
fit processio per ecclesiam
à clericis Seminarij, & à duo-
bus Capellanis, qui curam
gerunt dictæ ecclesiæ, & vna
simul in processione incedunt
dictæ Canonice, quæ gaudet
multis indulgentijs, & gra-
tijs, earumq; congregatio,
seu societas confirmata fuit à
Leone Papa Decimo, eidem
que à Clemente Papa Octauo
concessæ fuerunt indul-
gentiae quædam, & antea ab
alijs summis Pontificibus.
6 Laicus tamen non sit
clericus non potest à patro-
nis præsentari. cap. ecclesia
sanctæ Mariæ. de constitut. &

gloss. in cap. cum M. in ver-
bo receperunt de constit. vbi
Abb. Felin. & alij. vbi gloss.
7 ait laicum posse t habere pre-
bendam separatam à Cano-
nicatu, vt quia sit magister
in ecclesia, vel causa remu-
nerationis, & sic quando præ-
benda non est annexa Cano-
niæ. Insuper t filius familiæ
cum possit esse Sacerdos, &
Episcopus, potest ad benefi-
cium præsentari, quod pro-
batur in cap. si annum. in fi-
ne de iudicijs. lib. 6. vbi præ-
supponit filium familias ha-
bere beneficium. Lambertin.
de iurepatronat. lib. 2. par. I.
quæst. 7. art. 8.

C A P V T Q V A R T V M.

Seruu Infidelis, & illegitimus non possunt præsen-
tari, nec etiam irregularis.

S V M M A R I V M.

- 1 Seruu non potest ad benefi-
cium præsentari.
- 2 Nec infidelis.
- 3 Nec illegitimus.
- 4 Illegitimus ex diffamatione

potest ordinari, & præsentari.
5 Irregularis non potest ad
beneficium præsentari.
6 Irregularis quis sit virginis
tribus modis.
7 Irregularis qui sit.
Ser.